

per medium pectus adactus, cuius etiam in Solio Prometheo mentio facta est, simulacrum poscit. Denique ipsum in prima scena silentium Promethei, etsi convenientissimum eius ingenio est, tamen caussam habet etiam necessitatem. Nam ubi exierunt Vulcanus et Robur, tum demum qui alterum eorum egerat histrio post simulacrum Promethei latens verba recitabat Promethei, atque ita per totam fabulam, altero actore deinceps Oceani, Ius, Mercurii partes agente. Ceterum sapienter Aeschylus non Vulcanum, sed Robur exordiri fabulam voluit. Nam prius saevitia Iovis ostendenda erat quam miseratio eius in quem saeviretur. Convenitque id egregie moribus personarum, quum Robur lubens et gaudens alacrem se praebet ad opus, tristis autem Vulcanus est invitusque perficit mandata. Eo aptior ad excitandam in animis spectatorum misericordiam est quae deinde sequitur Vulcani plena doloris amicitiaeque oratio.

Index personarum in M. hic est, *κράτος καὶ βίᾳ: ἥφαιστος: χορὸς ὠκεανίδων: προμηθέύς: ὠκεανός: γῆ: ἥρακλῆς: ἔριης: ἵώ ἵναχον*. Eodem modo Lips. Aug. nisi quod *ἥρακλῆς* omittunt et *ἵώ ἡ ἵναχον* habent. *Κράτος καὶ βίᾳ. ἥφαιστος. χορὸς ὠκεανίδων τυμπῶν. προμηθέύς. ὠκεανός. ἔριης. ἥρακλῆς. ἵώ ἵναχον Rob. Κράτος καὶ βίᾳ. ἥφαιστος. χορὸς ὠκεανίδων. προμηθέύς. ὠκεανός. ἔριης. ἵώ G. τὸ κράτος καὶ ἡ βίᾳ προλογίζει* addunt Lips. Aug. Dubitatum est, an *Γῆ* et *Ἡρακλῆς* propterea adscripti fuerint, quia hae personae in Solio Prometheo prodierint: in quo de Hercule res certa est, de Terra valde dubia. Dictum est de his in dissertatione de Prometheo soluto Opusc. IV. p. 256.

1—6. affert scholiastes Aristophanis ad Ran. 826. et inde Suidas in v. *ἔριβρεμέτας*.

Primam fabulae scenam imitatus est Lucianus initio dialogi cui Prometheo nomen fecit, eiusque dialogi in fine alios huius fabulae locos respexit.

2. Stephanus Byz. in v. *Σκύθαι* affert *Σκύθην ἐξ οἰμίον*, quorum verborum Eustathius quoque mentionem facit ad Homerum p. 775, 1. 1339, 8. et ad Dionysii v. 69.

Libri omnes cum editionibus et codice E. Suidae in v. *ἔριβρεμέτας* praebent *ἄβατον εἰς ἔρημίαν*, nisi quod M. Rob. *ἄβατον τὴν ἔρημίαν* habent. Sed ceteri codices Suidae *ἄβροτον εἰς ἔρημίαν*, quod Eduardus Maltby in Thesauro Morelliano adnotavit Porsonum ex Suida, Hesychio, Eustathio, scholiasta Homeri Villoisoniano et Favorino reddendum censuisse. Vide etiam Porsoniana Kiddii p. 208. Ex his testibus solus Suidas ex hoc loco Aeschyli sumpta esse haec verba ostendit. Hesychius *ἄβροτον, ἀπάνθρωπον*. Scholiastes Homeri ad Il. XIV. 78. et in Cramer Anecd. Paris. IV. p. 19, 11. *καὶ Αἰσχύλος, ἄβροτον εἰς ἔρημίαν, δῆλον ἐν ᾧ φάσ σον γίνεται*. Eustathius p. 968, 44. *ἔστι δὲ ἄβρότη κατὰ μὲν τὸν κουπὸν ἐν ᾧ βροτὸς σον πρόεισιν· ὅθεν καὶ ἄβροτος φασὶν ἔρημία παρ' Αἰσχύλῳ*. Non ergo ipse legit in